



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Basilea Sacra Sive Episcopatus Et Episcoporum Basileensium Origo Ac Series

Sudan, Claudius

Brvntrvti, 1658

22. Rudolphus II.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11463

Anno
Christi
948.

mum renunciatus, ac dein à Io-
anne XII. Imperatoris nomine &
Augustali coronâ insignitus, vi-
tam & sceptrum posuit anno 973.
Eo regnante, sub annum 948. Her-
mannus Allemanniæ Dux ludos e-
questres Constantiæ ad Acroniû in-
stituit, maximo nobilium & illustri-
um virorum concursu. Memoran-
tur præter alios, Lancelinus Comes
Altenburgicus, Theobaldus Comes
Kiburgensis & Dilinganus, Theo-
baldus Ferretensis, VVolfgangus
Zolleranus, &c. Ita Guilliman. l. 4.
Habsp. c. 2.

650.

RVDOLPHVS II.

Basileensis Episcopus.

XXII.

Othonis I. & Benedicti V. Pon-
tificis maximi ætas Episcopum
Baileensibus dedit Rudolphum, vel
certè

certè, ut vult Stumpfius lib. 12. c. 24. *Anno*
Othonis I. & II. tempora; ita quidè, *Christi*
ut Rudolphus inter 30. Episcopos *959.*
Concilij Ingelheimensis præsentè
Othone I. & Lothario I V. Gallia re.
ge celebrati numeretur. Circa
quod tempus Hungari iterum, ac
tertiò Germanicam populabundi
& pluribus victorijs emensi, tan-
dem ab Othone I. omnino profliga-
ti sunt, haud procul Augustâ Vinde-
licorum, respirante jam post quin-
quaginta annorum continuas cla-
des Germaniâ, quibus fœdè attrita
fuerat; nempe interregno durante, &
eorum numero haud modico, qui
in ambitiosam maiestatis umbram,
& Imperij insignia involare soli-
dum vellent, Imperium in plures di-
visum factiones, discerptumque pe-
nitus labefactabant; ita ut popula-
res civilesque discordiæ, conspiran-
tibus barbaris, impunè quilibet

Anno
Christi
950.

audendi viam munirent. Post mortem enim Ludovici III. (erat is Arnulphi filius) Itali omni ope conati sunt, ad se rursus Imperium transferre, electis in eum finem Proceribus, qui potentiâ & gerendarum rerum usu præcellerent. Germani verò Principes, vicinorum machinationibus exciti, ut partum decus retinerent, in Conradum Franconiæ Ducem conspirant unanimes. Illi postea Henricus Saxonix Dux subrogatus, ano 920. huic Otho filius, Magni cognomento à posteris donatus. Othonem in eadem Imperatoria dignitate consecuti filius & Nepos Otho secundus & Otho tertius, per quos Imperium à Francis hætenus translatum ad Germanos, ab iisdem constanter retinetur. Inter eas bellorum calamitates à Paganis interemptus scribitur Rudolphus Episcopus, teste eodem sæpe relato

relato M.S. cod. de tempore & causa
necis non liquet. Sed ut his tene-
bris sua non deessent sydera, feliciter
auspiciis cœpit monasterium S.
Blasij, per Eremitas nonnullos, qui
communicato inter se austerioris
vitæ proposito, ab hominum con-
fortio semoti, procul, in unam ædi-
culam concederent; ubi animus cu-
ris liber, præter Deum Cœlûmque
nihil spiraret aliud, labore manu-
um vitæ mortali frugalem victum
per intervalla suppetente. Animad-
verterunt deinde, tutiori viâ incede-
re illos qui tritiori. Quare, S. Be-
nedicti florens institutum ample-
ctuntur. In horum Societatem se
jungere, placuit Reginberto Baroni
à Seldenburen, anno 969. Erat ille
Othoni Imperatori ab arcanis con-
siliis, & inter belli pericula fortis.
Argumento sit: quòd dum manus
strenuè cum hoste confereret, in ar-

Anno
Christi
950.

Anno
Christi
950.

dore pugnae gregariis ipse permittus, manuum alteram truncatus sit. Vnde sanctius brevi consilium arripuit, quo, repudiatam militari & aulicam, immortalem obtineret facilius, se suasque facultates Coenobio penitus addicens. Quare S. Blasij fundator nominatur in litteris ab Othone Imperatore Veronae datis anno 963. Verba Imperatoris sic habent. *Notum esse volumus, qualiter nos Cellam in silva Schwarzenuvald à B. Reginberto noviter extructam, Deo & S. Basilio &c.* Extremum oppetiit diem Reginbertus 29. Decemb. 964. & ab ipso feriem Abbatum S. Blasij recenset Vrstif. l. i. c. 21. Iisdem temporibus, hoc est, anno 973. die 4. Iulij, obiit S. Vdalricus anno ætatis 83. postquam Augustanam Ecclesiam annis quinquaginta, Apostolicam vigilantiam sanctus Pastor rexisset.

rexisset. Vdalrico, unico annò lu-
perites vixit S. Conradus Præful
Constantiensis, ne scilicet ab illo diu
in morte separaretur, cui in vita fue-
rat coniunctissimis. Fuit S. Con-
radus ex illustri Altorfensium comi-
tum profapiâ oriundus, Episcopa-
tum iniit anno 934. Cum S. Vdal-
rico, in Eremo D. Virginis adfuit;
quando prodigiosum illud facel-
lum (ad quod dedicandum venerat)
ab angelis consecratum est. In vita
& post mortem miraculis clarus,
sacra eius ossa ingruente Lutheranis-
mo aliorum ablata sunt. Sed ca-
put eius è Bohemia anno 1606. Con-
stantiæ, ingenti gratulationem rece-
ptum. Et quia hi duo sacri Antistites,
in hanc quoque Diœcesin, ex vicini-
oribus locis, virtutū suarum, mirifi-
cæq; sanctitatis radios diffuderunt:
ideo quotannis, dum illis festus dies
in orbem redit, venerationē tribuit
singularem Eccles. Basil. I 4 GE-

Anno
Chr. stæ
950.